



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Pensionarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

& sic habet praxis Curie: contrarium tamen tenent Leslaus l. 2. de iust. c. 35. nu. 124. dub. 21. Suarez, Valentia cum aliis; quia per redemptionem nihil acquiritur, nisi de obligatio solvendi quotannis, quod non est aliquid spirituale. Suadenda nihilominus prima sententia, p. 21. r. 5. ref. 5. quamvis ultima sit probabilis. *Ibid.*

PENSIONARIUS.

Pensionarius obligatio. Pensionarius tenetur sub mortali recitare officium parvum B. Virginis. par. 10. tr. 16. ref. 94. Et quando reservatur in commodum vnius, sed ad vitam alterius, non hic, sed ille, tenetur ad officium. p. 10. tr. 26. ref. 95. q. 2. Dummodo valor pensionis sit notabilis qualis requiritur in beneficio ad officium divinum. *Ib. q. 4.* Et omittens officium tenetur ad restitutionem saltem tertie partis. *Ib. q. 5.* Excusabitur autem ab officio parvo, si titulo beneficii recitet magnū. *Ibid. 5. Sed si quis.*

PERCVSSIO.

Percussio levis Clerici quid? Percussio levis Clerici erit, quæ respectu percussorum mortificationum, nec est enormis, nec mediocris, & quæ non continet gravem iniuriam, licet levis sit physice. Gravis percussio Clerici censetur illa, quæ non est levis, neque enormis, de qua iudicabit Episcopus, vel Abbas, quibus conceditur in certis casibus absolutio. Enormis percussio Clerici illa dicitur, quæ perveit ad occisionem, mutilationem membri, effusionem oculi, aut si Clericus fiat inutilis ad manus suam, aut si vulnus notabile inferatur, quod eget remedio Chirurgiæ, aut aliorum medicinalium, ut sanetur. Item si laicus officialis auctoritative percutiat Clericum. Aut si quis iniiciat manum in Episcopum, Abbatem vel etiam in Priorem, qui est caput Monasterii, vel est in eius loco. Item

ratione loci, nempe si vulneretur Clericus in oculo, vel in facie. Item ratione scandali. Item erit enormis ratio irreverentiæ, nempe si in conspectu Prælati, aut Iudicis percutiatur Clericus. Similiter si quis percutiatur in Ecclesia, Cæmeterio, dormitorio, vel in platea. Et eodem modo ex facti notorietate, præsertim si percutiatur Clericus in magno aliquo concursu, puta in foro, in magna festivitate, aut auidinis, vel mercatu celebri. Vide Molinam tractat. 3. disp. 37. Palaum tom. 6. disp. 2. punct. 21. §. 4. num. 2. & alios penes ipsos. par. 9. tract. 4. ref. 45.

4 In dubio, an percussio Clerici sit gravis vel levis, iudicanda est gravis. *Quid in dubio, an gravis.* Ita Molina disp. 57. num. 3. Saycus de con-
gravis, sur. lib. 3. cap. 28 numero 8. Suarez disput. aut levis? 22. sect. 1. numero 88. & alii ne scilicet detur occasio lædendi statum Ecclesiasticum; sicque deciditur in Extravag. Ioann. XXII. Sed his non obstantibus, contrarium tenet Bordonus in *Consil. Regul. tom. 1. resolut. 38 numero 45.* Quia in dicta Extravag. Prædictis non continetur, ait, præceptum, sed consilium. Verum quia affirmativam sententiam tenent communiter Doctores, non audeo ab illis discedere. *part. 9. tr. 4. ref. 46.*

3 Percussio Clerici Superioris, præter malitiam contra Religionem, continet etiam malitiam impietatis. Sic Oviedo in 1. 2. D. Thom. tractat. 6. contra 5. punct. 3. §. 5. numero 47. & 48. Quia superiores religiosi non solum sunt Patres spirituales, sed etiam sunt loco Patrum carnalium in rebus temporalibus. par. 9. tractat. 4. ref. 28.

PEREGRINUS.

Peregrinus non tenetur ad leges loci, in quo non inveniuntur. Peregrinus secundum Pontium lib. 5. cap. 7. §. 1. num. 6. tenetur legibus, & consuetudinibus loci, in quo reperitur, absque distinctione secundum Angles in 4. quæst. 4. ante dub. 1. diff. 2. tendit mandare contra, tunc solum tenetur, cum peregrinus se mensura.